Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



47.

Hec stella que solis rotam
Vincit decoro lumine.
Venisse terris nuntiat
Cū carne terrestri dm̄.
Non illa seruit noctib;
Sequuta lunā menstruā.
S; sola celum possidens
Cursū dierū temperat.
Arctoa quāuis sydera
In se retortis motibus
Obire nolint. at tamen
Plerūq; sub nymbis la[illegible]tent.
Hoc sydus eternū manet.
Hec stella numquā mergitur:
Nec nubis occursu abdita
Obumbrat obductā facem.
Tristis cometa intercidat.
Et siquod astrum syrio
Feruet uapore. iā dī
Sub luce destructum cadat.
En psici ex orbis sinu
Sol unde sumit ianuam.
Cernunt piti intpretes
Regale uexillū magi.
Quod ut refulsit. [illegible] ceteri
Cessere signorū globi.
Nec pulcher ē ausus suam
Conferre formā lucifer.
Quis iste tantus inquiunt
Regnator astris impans.
Quē sic tremunt celestia.
Cui lux & ethera inseruiunt.

Illustre quiddā cernimus
Quod nesciat finē pati.
Sublime celsū. intminū.
Antiquius celo & chao.
Hic ille ē rex gentium
Ppliq; rex iudaici.
Promissus abrahe patri.
Eiusq; in euum semini.
Aequanda nā stellis sua
Cognouit olim germina.
Prim⁹ sator credentium.
Nati ymmolator unici.
Iam flos subit dauiticus.
Radice iesse editus.
Sceptriq; p uirgā ~~florens~~ uirens.
Rerū cacumen occupat.
Exin sequuntur pciti
Fixis in altum uultibus.
Qua stella sulcū traxerat.
Clarāq; signabat uiam.
Sed uerticē pueri supra
Signū pependit imminens.
Pronaq; sūmissū face
Caput sacratū pdidit.
Videre qd postquā magi
Eoa pmunt munera.
Stratiq; uotis offerunt
Thus. myrrā. & aurū regium.
Agnosce clara insignia
Uirtutis ac regni tui
Puer: cui trinā pater
Predestinauit indolem.